iuramento tuo· si quis ergo saluari uult· ueniat in hanc domū
huius que quondam meretrix fuit· & iam si de illo populo
quis uult aliquis saluari· ad hanc ueniat domum· in quo xp̄i
sanguinis in signo redemptionis ē· Nam illos super quidixerunt
sanguis eius super nos & super filios nr̄os· xp̄i sanguis in con
dempnatione est· Positus enim fuerat ih̄s in ruina & in resur
rectione multorum· & ideo contradicentib; signo eius effi
citur sanguis eius ad poenam· credentib; uero ad salutem·
Nemo ergo sibi psuadeat· nemo semet ipsum decipiat· extra
hanc domum· id est extra ecclesiam nemo saluatur· si quis
foras exierit· mortis suae ipse reus fit· hoc ē p sanguinis sig
num· quia hic est purificatio· quae p sanguine constat, quod
autem in fenestra pendet hoc signum· illud arbitror
indicari· quia fenestra est quae inluminat domum· & p
quam inluminatur aspectum nr̄m· sed tantum quantum·
oculis & uisui nostro sufficiat luminis capiamus, quia ergo
incarnatio saluatoris non nobis uerbum ingerit & inte
grum deitatis aspectum sed tamquam p fenestram fecit
nos p incarnationem suam lumen deitatis aspicere idcir
co mihi uidetur signum salutis p fenestram datum. quo
signo salutem consequantur omnes qui in domu eius
qui aliquando erat meretrix fuerint inuenti· in aqua
& spū scō in sanguine dn̄i & saluatoris nr̄i ih̄u xp̄i cui est
gloria & imperium in saecula saeculorum amen :

EXPLICIT OMELIA III· INCIPIT OMELIA IIII

Peccatori quidem omnis creatura hostis est. terra eos
inpugnabat aer ipse inpugnabat. caelum eos inpugnabat.
iustis uero & iam quae inaccessabilia uidentur plana effici
untur & procliua· mare rubrum iustis tamquā pauida